⁊ ad te quid volui super terram? Defecit
caro mea ⁊ cor meum: deus cordis mei ⁊
pars mea deus in eternū. Quia ecce qui
elongant se a te peribunt: perdidisti oēs
qui fornicantur abs te. Mihi autem ad-
herere deo bonum est: ponere in dño deo
spem meam. Ut annunciem omnes pre
dicatiōes tuas: in portis filie sion. In
finē intellectus asaph. LXXIII.
V T quid deus repulisti in finem
iratus est furor tuus sup oues
pascue tue? Memor esto cōgre-
gationis tue: quam possedisti ab initio.
Redemisti virgā hereditatis tue: mons
sion in quo habitasti in eo. Leua manus
tuas in superbias eorū in finez: quanta
malignatus est inimicus in sancto? Et
gloriati sunt qui oderunt te: in medio so
lēnitatis tue. Posuerūt signa sua signa
⁊ non cognouerunt: sicut in exitu sup sū
mum. Quasi in silua lignorū securibus
exciderūt ianuas eius in idipsum: in se-
curi ⁊ ascia deiecerunt eam. Incenderūt
igni sanctuariū tuum in terra: polluerūt
tabernaculū nominis tui. Dixerunt in
corde suo cognatio eorū simul: quiescere
faciamus omnes dies festos dei a terra.
Signa nostra non vidimus: iam nō est
propheta: ⁊ nos nō cognoscet amplius.
Usquequo deus improperabit inimicus:
irritat aduersarius nomen tuū in finez?
Ut quid auertis manū tuam ⁊ dexteraz
tuam: de medio sinu tuo in finem? Deꝰ
aūt rex noster ante secula: operatꝰ est sa-
lutem in medio terre. Tu confirmasti in
virtute tua mare: contribulasti capita dra
conum in aquis. Tu confregisti capita
draconis: dedisti eū escam populis ethi
opum. Tu dirupisti fontes ⁊ torrentes:
tu siccasti fluuios ethan. Tuus est dies
⁊ tua est nox: tu fabricatus es auroram ⁊
solē. Tu fecisti oēs terminos terre: estatez
⁊ ver tu plasmasti ea. Memor esto huiꝰ
inimicus improperauit domino: ⁊ popu
lus insipiens incitauit nomen tuuz. Ne
tradas bestijs animas confitentes tibi:
⁊ animas pauperum tuorum ne obliui-
scaris in finem. Respice in testamentuz
tuum: quia repleti sūt qui obscurati sūt
terre domibus iniquitatum. Ne auertat
humilis factus cōfusus: pauper ⁊ inops
laudabunt nomen tuum. Exurge deꝰ iu
dica causam tuaz: memor esto imprope-
riorum tuorum que ab insipiente sunt to
ta die. Ne obliuiscaris voces inimicorū
tuorum: superbia eorum qui te oderunt
ascendit semper. In finez ne corrum-
pas. psalmus cantici asaph.
C Onfitebimur LXXIIII.
tibi deus confitebimur: ⁊ inuo
cabimus nomen tum. Narra-
bimus mirabilia tua: cum accepero tem
pus ego iusticias iudicabo. Liquefacta ē
terra ⁊ oēs qui habitant in ea: ego con
firmaui columnas eiꝰ. Dixi iniquis no
lite inique agere: ⁊ delinquentibus noli-
te exaltare cornu. Nolite extollere in al-
tum cornu vestrum: nolite loqui aduer-
sus deum iniquitatez. Quia neq ab o-
riente neq ab occidente neq a desertis
montibus: quoniā deus iudex est. Hūc
humiliat ⁊ hunc exaltat: quia calix ī ma-
nu domini vini meri plenꝰ mixto. Et in-
clinauit ex hoc in hoc: veruntamen fex eiꝰ
non est exinanita bibent omnes peccato-
res terre. Ego autem annūciabo in secu-
lum: cantabo deo iacob. Et oīa cornua
peccatorum confringam: ⁊ exaltabūtur
cornua iusti. In finem in carminibus
canticum ad assyrios. psalmus asaph.
N Otus in iu- LXXV.
dea deus in israel: magnum no
men eius. Et factus est in pace
locus eius: ⁊ habitatio eius in sion. Ibi
confregit potentias: arcum scutum gla-
dium ⁊ bellum. Illuminans tu mirabi-
liter a montibus eternis: turbati sunt o-
mnes insipiētes corde. Dormierūt som-
nium suū: ⁊ nihil inuenerūt omnes vi-
ri diuitiarū in manibꝰ suis. Ab increpa-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0572
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG